pluribus extitissent inimicis nostris
ubique prestando pro viribus patro-
cinium ac in episcopatu nostro
acquirendo iura nobis invitis et
modo conuentur terram in alte-
rius episcopatu sitam nobis subditam
occupare. et quod gravius est san-
guinem nostrum interficere ob-
sidendo defendere nos metipsos
oportet et sic offensas diu nobis
illatas ulcisci quod non relinquatur
heredibus hereditas ultionis et non
blasfememur procedente tempore
ab ipsis vilitate personarum labo-
ribus vel expensis. Veruntamen
cum simus hoc in loco non apto
sine magno dampno recessu
ne sit processio habilis nisi per
ferrum monemus vos plurimum
et ortamur ac vobis districte pre-
cipimus quod respicientes honores
et dampna que contingere possent
memores esse velitis nominis excel-
lentis cum audacia bellando nec